et obsequijs debitis Mti Suę, et suis ut sa prę-
tandis consilio, verbis, vel factis, nihilominus
quas facient quod sit aut esse possit contra
Personas, aut Statum Suę Mtis et Suorum
prędictorum, nec se reperient in aliquo tractatu
in quo agatur de inferendo damno, vel
Iniuria Mti Suę, et Suis ut sa et si ad eo-
=rum notitiam devenerit quod aliquis contra
prędicta aliquid faciat, seu facere velat
=tentare presumat totis viribus impedient,
et prohibebunt ne id fiat, et etiam per se,
vel certos Nuntios, aut litteras quanto
citius Mti Suę, et Suis ut sa vel eius Guber-
=natori propalabunt, et manifestabunt,
et pro viribus conservabunt, et augere
Studebunt Statum, honores, et prę-eminen-
=tias Mti Suę, et Suis ut sa Spectantes;
Si quod Consilium ab ipsis postulatum fuerit
Secundum prudentiam illis ab Eterno Deo
datam, et concessam fidele, et immaculatum
prestabunt, Secreta eisdem comissa, vel
comittenda nemini sine licentia Manifes-
=tabunt, sed Sincere realiter, et sine ulla
exceptione, vel excusatione Servient Mti
Suę, et Suis ut sa nec ab eis unquam
discedent etiam per renuntiationem feudo-

=rum, aut aliquo quovis modo.
Et Generaliter omnia, et singula facient, et
observabunt, ad quę tenentur, et obligati
Sunt veri feudatarij erga legittimos Do-
=minos Suos bona fide, et sine fraude, ac
in omnibus et per omnia promittit, et Iurat
prout requiritur et Natura cuiusvis So-
=lemnis fidelitatis tam novę, quam veteris,
quibus relatio habeatur; Iurat prete-
=rea quod semper, et omni tempore
erunt fideles prędo Exmo D. Principi
de Vaudemont Gubernatori, et Capo Gene-
=rali antedo, alijsque Mtis Suę in presenti
Dominio futturis locum Tenentibus
Renuntiandas in pactis exequutivis &
Quę omnia, et singula promisit, et Iuravit ac
promittit, et Iurat do D. Marchio Ter-
=zagus perpetuo adimplere, et observare,
nec unquam contra facere omni exceptio-
=one, et excusatione cessantibus, et hoc
sub vinculo Iuramenti, et sub pęna
amissionis feudorum, nec non sub refectione
omnium damnorum, Interesse, et expensa-
=rum per Mtem Suam et suos ut sa proinde,
quomodolibet patiendorum et fiendarum
In Iuditio, et extra obligando prout obligavit,

et obligat omnia, et singula eius bona presen=
=tia, et futura Suę Regię Mti, Suisque predictis,
nec non dº exmo D. Principi de Vaudemont
Gubernatori et Capº genli antedicto, mihique
Secretario stippulantibus, et recipientibus
nomine Mtis Suę, et suoru[m] ut s.a

Et de predictis mandauit, et mandat prefatus Illmus D.
Supremus Cancell.s, dº Viro D. Marchio Sorrago
rogauit, et rogat per me regium Ducale Secretari=
=um publicu[m] confici debere Instrumentu[m]

Actu[m] in Domo habitationis d. Illmi D. Supremi Cancella=
=rij, in loco inferiori ubi audientias dare solet sit.
in P. O. P. S. Stefani in brolio foris Mlani, presen=
=tibus protestibus D. Don francº Cubilano Urasagas=
=ti fil. q.m D. Nicolai, D. Don Jo: Michaele de
Oteiza fil. D. Jo: Hieronimi ambobus et famil=
=iaribus prefati Illmi D. Supremi Cancellarij,
et Jo: Antº ferrario Ostiario Cancellarię Secre=
=tiorj huius Status Mlani fil. q.m Jacobi francisci
P. R. P. S. Jo: Itolani omnibus notis et idoneis

Inbreviatura mei Lamberti Plascitti [illegible]

In nomine Domini amen, anno ab eius Natiuitate millesimo sexcentesimo sexagesimo octauo, Inditione sexta, die uero Mercurij uigesima quinta mensis Januarij.

Dñus Marchio Don Franciscus Maria Terzaghus filius q.dam Dñi I. C.ti Collegiati Francisci Bernardini Feudatarius Locorum et Terrarum Gorlę minoris, et Sulbiati, ac Dñus Abbas Don Gaspar Terzagus eius nepos, et filius q.dam Dñi Senatoris maioris Vberti pariter Feudatarius Locorum, et Terrarum Gorlę maioris, ac Prospiani Plebis Olgiati Olonę huius Ducatus, ambo habitantes in Porta Vercellina, et Parochia Sancti Petri ad Vineam praesentis Ciuitatis Mediolani, in quibus Feudis respectiuè successerunt ob mortem R.mi Dñi Don Caroli Terzaghi olim ex Canonicis Regij Sacelli Sanctę Marię Scalensis huius Ciuitatis, ac fratris praefati Dñi Marchionis Don Francisci Marię, et Patrui dicti Dñi Abbatis Don Gasparis, pro executione proclamatis diei 31 mensis Maij anni 1666 proximè praeteriti publicati ex ordine Ex.mi Dñi Don Aloysij de Guzman Ponze de Leon Gubernatoris, et Capitanei g.nalis praesentis Status Mediolani pro Pot.mo Hispaniarum Rege Catholico Don Carolo Secundo Mediolani Duce Domino n.ro, exhibiti prius tituli eorum iurium feudalium Dño Danesio Casato Regio Aduocato Fiscali ad hoc specialiter Delegato, qui, eis uisis, protulit suum uotum, tenoris sequentis, uidelicet:

5 Januarij 1668. Reseruat Fiscus quodcunque ius sibi quaesitum

ex causa non præstiti Iuramenti intra tempus in editis Sua Ex.a limitatum; In reliquis se remittet, uso Instro acquisitionis recepto per Notarium Cameralem Fran.cum Mercantolum die 23. Junij 1650.; altero traditæ possessionis diei primi Novembris subsequentis, ac demum altero solutionis restantis pretij recepto ab eodem Notario sub die primæ Aprilis 1655. subs. D. Casatus.

Personaliter constituti coram Ill.mo Dño Don Didaco Zapata Equite ordinis de Alcantara, Consiliario Consilij ordinum, necnon Secreti Suæ M.tis, ac eius Supremo Cancellario in præsenti Statu Mediolani à Sua Ex.a Delegato tam uirtute dicti proclamati, quam ex speciali commissione data die secunda mensis Junij dicti anni 1666.; et uolentes eorum fidem, et deuotionem erga Suam M.tem in dies magis declarare, et patefacere, flexis genibus, positisq. manibus super Sacrosanctis Dei Euangelijs in libro missali adhunc effectum expositis

In primis dicti Dni Marchio Don Franciscus Maria, et Abbas Don Gaspar Terzaghi eorum nominibus, ac respectiuè filiorq. et descendentium suorum recognouerunt, et recognoscunt prædictam Catholicam Maiestatem Regis Don Caroli Secundi, suosq. filios, et legitimos successores in præsenti Ducatu, et Dominio Mediolani (præfato Ill.mo Supremo Cancellario Regio nomine stipulante, et recipiente) in ueros, et legitimos Dominos suos ratione supremi, et directi Dominij supradictorum feudorum, iuriumq. et pertinentiarum, ad ea Feuda spectantium, et pertinentium. Et uiceuersa præfatus Ill.mus Supremus Cancellarius loco, et uice Sua Ex.æ ac nomine prædictæ Catholicæ Maiestatis Regis Don Caroli Secundi recognouit, et recognoscit supra-dictos Dños Marchionem Don Franciscum Mariam, et Abbatem Don Gasparem Terzagos, eorumq. filios, et descendentes, ac legitimos successores in bonos, et deuotos Vassallos, et Feudatarios, et, ubi opus sit, Nouiter inuestiuit, et inuestit de prædictis Feudis, eorum iurisdictionibus, et iuribus feudalibus ut supra, iuxta naturam feudorum, quatenus in eorum possessione dictus Dñus Marchio, et Dñus Abbas legitimè reperiantur, et saluis semper, et reseruatis quibuscunq. iuribus, actionibus, et rationibus, quæ ad Regium Fiscum quomodolibet spectare possint, et præsertim iure quæsito ex causa non præstiti Iuramenti intra tempus in editis Sua Ex.a limitatum prout in supra-scripto uoto præfati Dñi Aduocati Fiscalis Danesij Casati; nec non saluis iuribus cuiuslibet tertij; et proinde dicti Dñi Marchio Don Franciscus Maria, et Abbas Don Gaspar Patruus, et Nepos Terzaghi iurauerunt, et iurant ad hæc sancta Dei Euangelia, quod tam ipsi, quam eorum respectiuè filij, et successores, qui legitimè in dictis Feudis succedent, erunt semper, et in perpetuum fideles, ueri, et obedientes Feudatarij, et Vassalli prædictæ Regiæ Catholicæ Maiestati, tanquam Mediolani Duci, eiusq. filijs, hæredibus, et successoribus in præsenti Ducatu, dictaq. Feuda, et ut supra regent, et custodient ad honorem, et commodum Suæ M.tis, et suorum ut supra; Nullumq. alium cuiusuis Status, gradus, conditionis, et præeminentiæ recognoscent in Dominum nisi prædictam Maiestatem, et successores ut supra; et nullo

unquam tempore se retraherent ex aliqua causa, noua præsenti, uel futura, quæ dici, aut excogitari possit ab obedientia, et obsequijs debitis M.^ti Suæ, et suis ut supra, præstandis consilio, uerbis, uel factis; Nihil unquam facient quod sit, aut esse possit contra personam, et Statum Suæ M.^tis et suorum prædictorum; Nec se reperient in aliquo tractatu, in quo agatur de inferendo damno, uel iniuria M.^ti Suæ, et suis ut supra; Et si ad eorum notitiam deuenerit quod aliquis contra prædicta aliquid faciat, seu facere, uel attentare præsumat, totis uiribus impedient, et prohibebunt, ne id fiat, et etiam per se, uel certos Nuncios, aut litteras quantocius M.^ti Suæ, et suis ut supra, uel eius Gubernatori propalabunt, et manifestabunt, et pro uiribus conseruabunt, et augere studebunt Statum, honores, et præheminentias Suæ M.^tis et suis ut supra. Si quod Consilium ab ipsis postulatum fuerit, secundum prudentiam illis ab Excelso Deo datam, et concessam fidele, et immaculatum præstabunt, secreta eisdem commissa, uel committenda nemini sine licentia manifestabunt, sed sincere, realiter, et sine ulla exceptione uel excusatione seruient M.^ti Suæ, et suis ut supra; Nec ab eis unquam discedent etiam per renunciationem feudorum, et ut supra, aut alio quocunque modo.

Et generaliter omnia, et singula facient, et obseruabunt, quæ tenentur, et obligati sunt ueri feudatarij erga legitimos Dominos suos, bona fide, sine fraude, ac in omnibus, et per omnia promittunt, et iurant dicti D.^ni Marchio Don Franciscus Maria, et Abbas Don Gaspar, prout requiritur ex natura cuiusuis solemnis fidelitatis, tam noue, quam ueteris, quibus relatio habeatur. Iurat præterea, quod semper, et omni tempore erunt fideles prædicto Ex.^mo D.^no Don Aloysio de Guzman Ponze de Leon Gubernatori, et Capitaneo generali antedicto, alijsque Maiestatis Suæ in præsenti Dominio futuris Locumtenentibus.

Renunciando &c. Cum pactis executiuis &c.

Quæ omnia, et singula promiserunt, et iurauerunt, ac promittunt et iurant præfati D.^ni Marchio Don Franciscus Maria et Abbas Don Gaspar Gerzaghi perpetuo adimplere, et obseruare, nec unquam contrafacere omni excusatione et exceptione cessantibus, et hoc sub uinculo iuramenti, et sub pœna amissionis feudorum, nec non sub refectione omnium damnorum, interesse, et expensarum per M.^tem Suam et suos ut supra, proinde quomodolibet patiendorum, et fiendarum in iudicio, et extra. Obligando, prout ~~obligauit~~ ~~o~~ obligauerunt, et obligant omnia, et singula eorum bona mobilia, et immobilia, præsentia, et futura Sacræ Regiæ Catholicæ Maiestati, suisque prædictis, necnon prædicto Ill.^mo D.^no Supremo Cancellario, mihiq.^s Secretario stipulantibus, et recipientibus nomine Maiestatis Suæ, et successorum suorum ut supra.

Et de prædictis mandauit, et mandat præfatus Ill.^mus Supremus Cancellarius, dicti uero D.^ni Marchio Don Franciscus Maria, et Abbas Don Gaspar, Patruus, et Nepos Gerzaghi rogauerunt, et rogant per me Regium Ducalem Secretarium publicum confici debere Instrumentum.

Actum in præsenti Ciuitate Mediolani in Loco Superiori domus habitationis præfati Ill.^mi Supremi Cancellarij, ubi audientias